

Lausus interim dux incursum Saxonum ex legatione regis  
 concitus audaci bello elatus prope Parthenopolim pergens  
 omnem Sclauonia eò loci prouinciam uastat, incolas aut  
 neci tradidit, aut captiuos colligari praecepit, donec ripam  
 Albiae fluminis attigit, ubi superba quadam iactans uerba  
 obstanti summi regis milite sancto Mauricom, suam non  
 compos uoluntatis reuertitur in propria ducens secum  
 in uinculis fortes uiros Saxonum Ludolfum Tadihan,  
 et Tadi. Rex Italia audiens animo dolet, hortatur suos  
 ne id inultum ferrent, sed eiusmodi affectum nescio quo  
 obstaculo nullus etiamnum sequitur effectus. Calend: Junij  
 obiit Hermannus comes frater Arnulfi episcopi.

Sclauonia  
 Na. Pater.

Ludolfus  
 Tadihan  
 Tadi.

Hermannus

MVIII.

Bertaldis humilis ancilla ancillarum sancti Seruatij in-  
 duxit animum adire limina apostolorum Petri et Pauli  
 pro se et domina Mechtilda animae absolutione, suorumque  
 salute profecta. Itaque VIII. Idus Ianuarij, postposita omni  
 aduersitate, per abrupta montium, per conualles terrarum  
 non modicè laborabat in transmeatione fluminum, dum  
 modo quod amabat uidere contigerit. Tandem Romam  
 peruenit gaudens. Ergo accessit, amplectitur sancti Petri sepulchrum,  
 periculum, deosculatur, et quorum causa aduenerat, fle-  
 biliter ibi peroratis, nec non aliorum sanctorum patroci-  
 nijs salutatis, deo gratias referens, incolumis cum suis  
 reuisit patriam. (Stella, paschalis hebdomadae feria secun-  
 da media die uisa est.) VI. Id: April: obiit Ludolfus  
 Iuueniensis episcopus, cui successit Mattingor. Obijt Hot-  
 gerus Landouicensis episcopus Cui successit Baldricus mo-  
 ribus praclarus. (Eodem anno Atalpero clericus reginae  
 frater regi aduersarius, abominationes multas concitauit  
 contra omne ius et fas, Treuerim cum suis sibi manci-  
 pauit, sicque discessit. Compertum cumque id regi foret

Stella.

Ludolfus An.

Mattingor.

Hotgerus.

Baldricus Ep.

Atalpero.

Treueris.